

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**PROGNOSTICA=||TIO IOANNIS LIECHTENBERGERS, QVAM
OLIM SCRI-||psit super magna illa Saturni ac Iouis
coniunctione, quae fuit Anno M.CCCC.||LXXXIII. praeterea
ad eclipsim Solis anni sequētis uidelicet ...**

Lichtenberger, Johannes

Köln, 1526

Capvt decimvmnonvm

[urn:nbn:de:bsz:31-160364](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160364)

PROGNOSTICVM IOANNIS

puer. Cum tu sis ille qui agrum Saphireum fers sub cælo tribus aureis lilijis insitum, quid te docebunt? Nam primum lilium prædicat te & successorem esse, & ministrum altaris, uicarium Christi manū sinistram tenentis in Epistolis uniuersarum nationum. Secundum lilium prædicat te, & tuos esse columnam Christianitatis in parte occidentali, ab isto lapide marmoreo qui abscisus est de mōte sine manibus. Tertium lilium prædicat te esse aduocatum sponsæ Christi, gerentis aureolā lilij in capite optimi odoris. Ergo uocitaris Christianissimus inter omnes reges. O candor lilij micans in ecclesia, quod lilium angelus infixit, Remigius Francorum apostolus unxit, Dionysius demonstrauit, Ludouicus exaltauit, Francia nutriuit, Gallia decorauit. Attende, nam si de malo gallo processisti, scias illud sub regimine tuo.

CAPVT DECIMVMNONVM



Orens est Deus & Francos suscitare aduersus ecclesiam, quo eam humiliabunt. Heu ille, qui est omni infamia, famosi quæ sceleris maculatus felicibus semper auspicijs, & maximis honorum cumulis utitur, cruento adhuc gladio tyrānica cupiditate, ac Marciali temeritate ad culmen extolletur regni iuxta statum unius cuiusque. Ut heu heu Bohemorū hæresiarcha felicitas exaltata est, & spiritalitas suffocata. Illum uero quem uirtutū adornat insignia, salutariferi Iouis passione maximis erumnarū calamitatibus præcipitem celeritate oppositū lugubrica, immatura faciet morte perire. Ut tempore Caroli nouissimi regis Francij comes de Armgack, & Ludouicus delphinus, heu in alta Alemania contra catholicam ordinatiōnem eruentis gladijs, incendijs ac rabidis uultibus exercuerunt. Sic sub nouello innocenti, quem puerū uereor uocitare, heu uaria oriētur incōmoda, tam in clero quā in populo. non uerentur sui exterminare loca sancta. O puer attende, an bonus gallus sis, ista te informabunt, an Christianissimus sis. Nam si de bono gallo traxisti originem,

nem, quare columnas regni tui nō erigis: non alis tuis excitās, eisq̄
grana bonæ famæ ac honoris ostēdis. i. sacerdotiū, Regnū, ac studi-
um Parisiense: His siquidem tribus columnis tanq̄ tribus v̄tutibus
videlicet uitali, naturali, ac animali liliū uiuificat, augmentat, atq̄
regitur, & tanq̄ fundamento, pariete, & tecto idem regnum tuum

BOHEMORVM REX
armatus.



quasi materialiter perficit. Hoc autē scias, q̄ in diebus
tuis instabunt tempora pe-
riculosa, quæ prius non fue-
runt. peiora q̄ sub Pusella,
nam proprij tui aduersum
te surgent. Folia lilij distir-
pentur, & liliū in agro Vir-
ginis arefiet, & sic malus
gallus male perdet. Ergo
princeps Apostolorū te &
tuos docuit dicens, Deum
timete, & regem honorate
Romanorū. Cætera in lib.
uerborū huius interpretati
onis sunt scripta, Vale.

CAPVT VICE-
simum.

Maginandū
& firmis cre-
dendū est, q̄
nostra deme-
rita peccata,
& heu uaria præceptorum
Dei trāsgressiones, & sine
dubio irrefrenata cupidi-
tas seu concupiscentia, quā
H